29325

affectationem partis utriusq. Dilationem Inquisitionis per utramq. partem in bonis controversis ac loco pertenenti invicem expedien. utrum Actores de eisdem bonis sint expulsi nec ne pro sabbatho post Festum Conceptionis Glsae V. M. prox. venturo dedit et concessit. Et post expeditum eiusmodi negotium vel non partibus praenominatis utrisq. Jn sequentibus Querellarum Terminis ad ulterius secum ea in causa iuridice proceden. et id quod iuris erit decernen. paratum et peremptorium Terminum prefixit et consensuit.

Inter Wloszki. Dilatio.

Jn causa et Actione coram praesenti officio Castrensi Capitan. Branscensi vertente et agitata. Jnter Generosos Zophiam Czaiewska Dominam advitalicialem relictam et Generosum Vladislaum Wloszek filium ot Gnosi Christophori Wloszek Secretarij Sacrae Regiae Maiestatis in Wola Juchnowska haeredes Actores. Et Gnosum Stanislaum Wloszek citatum ideo. Quia ipse in contrarium Inscriptionis certae per modum divisionis inter eundem Generosum Stanislaum Wloszek ab una et olim Generosum Joannem Wloszek Secretarium Sacrae Regiae Maiestatis praefectum arcis Vilnensis factae ex alia et coram Actis authenticis Vadio Mille florenorum polon. firmat. nec Vadium hoc idem Mille floren. polon. in partem eandem divisionem non tenentem interpositum metuendo potius vi et violento modo certam partem fundi morgorum in bonis Wola Juchnowska sit. cuius fundi olim Gnosus Joannes Wloszek Secretarius Sacrae Regiae Maiestatis et Praefectus arcis Vilnensis avus protestan. et parens ipsi ac ipsi Actores ab actu eiusdem divisionis vigore eiusmodi concordiae hucusq. pacifici et indesinentes possessores erant et usumfructum continuum sine quovis impedimento habebant circa granicieam Wleninowska sit. iam per subditos Actorum in parte ebarati et ad seminandum parati et in parte exculti ademit occupavit et residuum quod non erat coaratum privata authoritate coaravit ac semine ciceris fundum alienum conseminavit regulamq. iuris qua cautum est neminem alienum fundum sub privatione seminis et ususfructus seminare transgressus est et contempsit Inscriptioni divisionis contravenit et Vadium Mille floren. polon. in Inscriptione appositum succubuit ad quod super ipso et bonis eius decernen. una cum missione et deoccupatione earundem bonorum citatur. citatione ipsa praemissa in se copiosius continente. Jn Termino itaq. hodierno ex eadem citatione ad iuris ordine deveniente et incidente Officium praesens Castrense Capitan. Branscense controversijs utrarumq. partium Actores per Generosum Vladislaum Wloszek a se et a matre citato vero praesenti per se Juditio factis exauditis et debite intellectis ad affectationem

affectationem partis Actoreae eidem Dilationem iuridicam ad producendam Inscriptionem vigore cuius agit salua exceptione fori et alijs defensis sibi praecustoditis ad sequentes Querellarum Terminos dedit et concessit. In quibus parti utriq; ad exequenda praemissa et ad ulterius secum ea in causa iuridice procedendum et id quod iuris erit decernendum paratum et peremptorium Terminum praefixit et consensauit

Inter Krynski et Niwinski Decretum.

In causa et actione coram praesenti officio Castren. Capitan. Branscen. vertente et agitata. Inter Nobilem Mathaeum olim Sebastiani Krynski de Kiwino Leszne litem Actorem. Et Item Joannem olim Bartholomaei Niwinski de ibidem litem citatum ideo. Quia ipse in contrarium iurium et libertatum Regni quibus thelonea in Palatin. Podlachiae sunt sublata ausus est ab eodem Actore in via libera bonorum Kiwino Leszne parata pecunia quatuor floren. polon. siliginis quatuor capsulas auenae tantam Vram mensurae Bielscensis falcem unam valoris unius floreni secunam valoris duor. floren. in vim cuiusdam iniusti et inusitati thelonei recipere et extorquere prout de facto recepit et extorsit per quod poenam Mille Marcarum polon. incurrit ad quam super ipso et bonis ipsius omnibus una cum restitutione praefati thelonei citatur citatione ipsa de praemissis latior. In Termino itaq; hodierno ex eadem citatione ad praesens lignae deueniente et incidente. Officium praesens Castrense Capitan. Branscense controversijs utrarumq; partium Actoreae et citatae per se praeliter Judicialiter factis et intellectis foro eatum causa adiuncto citato procedere decreuit. Tandem ad negatiuam exceptionem eiusdem partis citatae eidem super contenta citationis et propositionis partis Actoreae super rotham ex citatione formandam ad imaginem Passionis Jesu crucifixi euadere decreuit. Itaq; in sequentibus Querellarum Terminis in quibus parti utriq; vide Actoreae ad attestan. citatae vero ad praestandum hoc idem Juramentum ulteriusq; contra se iuridice proceden. et id quod iuris erit decernen. paratum et peremptorium Terminum praefixit et consensauit.

Inter Niwinskie Dilatio.

In causa et actione coram praesenti officio Castrensi Capitan. Branscensi vertente et agitata Inter Nobiles Mathaeum Krynski ex olim Nlis Marina filia ot Nobilis Petri Niwinski procreatum nec non Mathaeum ot Mathiae Niwinski ab eodem Krynski iuris creditorem Actores. Et Nobilem Annam Jatkowska ex olim Nlis Dorothea filia ot Petri Kazimir Niwinski progenitam